

profesta, plebeye condicionis deieccio fama recondidit sub obscura. Hec
 est illa, que tantis replet diviciarum copiis proprium possessorem, sic suos
 alumpnos inebriat sobrii dulcore nectaris et fecundat, ut nunquam penurie
 iacturam senciant, nunquam exuste sitis pati valeant detrimenta. Ut igitur
 5 tam gloriose possessionis tantarumque gazarum esse participes valeatis,
 vos universaliter singulos et singulariter universos presentis tenore
 dictaminis moneo, deprecor et exhortor, quatinus totis mentis affectibus et
 toto, quo valetis, conamine iugi leccionum studio insudantes a matris
 gramatice uberibus lac sugite primitivum, quo mentalibus reffectis artubus
 10 possitis capere forciora, quia solidi cibi duriciem nequit percipere, quem
 etatis infancia lactee liquoris primiciis tepidi plenarie non cibavit, nec
 excusacionis frivole subterfugio vos racionabiliter poteritis excusare, si
 minus profeceritis quadam ducti forsitan animi lenitate, litterali studio,
 prout decet et expedit, nullam diligencie operam inpendendo. Habetis
 15 enim magistrum
 morum luculenta gracia redimitum, qui multiplicis sciencie radiis preditus P 92th
 tam libenter quam hilariter suorum mentes illuminat auditorum. Habetis
 magistrum, qui tenacis avaricie viscositate intra claustra sui pectoris
 scienciam non retinet
 20 compeditam, ymo ipsam expedite diffundere nititur universis, qui veluti V 40^v
 clave preambula doctrine secreta patefaciens reserat et reserans patefacit,
 cuius lingua lepidi sermonis dulcedine dulcorata mellitis oblectaminibus
 audiencium
 aures inebriat et mentes exuberantis suavitatis plenitudine refocillat. K 203^{va}

01 profesta: perfesta C - plebeye condicionis: plebeye locucionis condicionis P - 04 Ut: Nec K -
 05 esse participes: est particeps K - 06 presentis: premiscens K - tenore dictaminis om. K - 07 et
 toto: et om. C - 08 insudantes a matris: insulcantes a magistris K - 09 uberibus om. C - sugite:
 sugatis E - 12 subterfugio: sub refugio K - 13 profeceritis: proferatis K - 14 Habetis: habens K -
 18 pectoris: corporis K - 21 preambula: preamble K - 22 lepidi: tepidi C - 24 exube-
 rantis: exuberantes P - refocillat: refocillatur? P, refocillat. Et sequitur K